





M. And  
d. prima  
tonis  
Hist  
d. vita  
Apostol  
Arauf  
Quod A  
d. abs  
d. Althe  
offim  
d. Auro  
Arco  
Algeb  
Aker  
Anim

Eng



No. XI. 43

# MISCELLANÆ THESES

Quas

Occasione Discursuum publicorum  
collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ  
SZULECKI, JCT.

privato-publicæ disquisitioni submittere

*Respondens*

FRIDERIC. de BRAND.

*& Opponentes*

DD. DE ADELSHEIM & DE BRAND.

d. 8. Martii MDCCL.

---

*Francofurti ad Viadrum,*

Typis TOBIÆ SCHWARTZII





I.  
**I**N contractibus, regulariter negotia vi metuque extorta ipso jure subsistunt, nullâ distinctionis inter contractus *b. f. & str. jur.* habitâ ratione; Dos verò, stipulatione vel pacto intercedente, per metum expressa, item matrimonium metu promissum, porrò votum tutore vel Patre metum incutiente a pupillo vel liberis factum ipso jure non consistunt; licet & dotem, & matrimonium promittentis aut voventis Utilitas evidens & insignis promotâ sit.

II.  
Incarceratus pacisci potest cum incarcerante, ut promissione metu licet extorta non jure tantum stricto sed & æquitate Prætoriâ, quæ Juri N. & G. convenit, obligetur incarceratus. Licet obstare videatur *l. 22. ff. Quod met. causa.* In carcerati verò inter se licet contractant, etiamsi tædium diuturnionis carceris eos ad contractum celebrandum compulerit.

III.  
Post contractus Reales, de quibus in præcedenti dissertatione actum, sequuntur verbales, vulgò stipulationes dictæ; in quibus regulariter alteri per alterum non acquiritur; nedum solutionis causâ adjecto tertio; non *obst. §. 4. Inst. de Inur. Stip. & l. ult. §. fin. ff. de V. O.* Vassallus tamen intuitu feudi rectè sibi & Domino stipulari potest ab extraneo,

IV. Sti-



## IV.

Stipulatio non semper requirit verborum solennitatem, ne quidem jure Civili; quamvis regulariter dicta solennitas & interrogandi atque respondendi conformitas desiderari soleat.

## V.

Foemina ne quidem ex juratoriâ fidejussione interpositâ obligatur, ob præsumtam pro se juris pro se introducti ignorantiam. Ratio decidendi, latet. in *cap. et si Christus 26. X. jure jur.* Ad ignorata verò non trahitur juramentum, licet vulgò juramentum præsumatur habere vim certiorationis. Imò nec semper tenetur mulier, licet pro fidejussione quid acceperit. Quamvis obstare videatur. *l. 23. C. ad Sci. Vellej.*

## VI.

Potest se fidejussor non tantum efficacius, sed etiam quandoque durius, imò ad ipsos carceres obligare, non obstante ratione, quod tale pactum privati potestatem excedere, & libertati contrarium esse videatur; nec etiam obstantibus *LL. 71. §. 2. ff. de Condir. & demonstr. & l. 2. ff. de Libero homine exhibendo.*

## VII.

De literali contractu ita paucis sentimus; ejus nimirum formam consistere, non in mutuo præsumto, neque in biennii lapsu; sed in ipsâ Scripturâ seu literali confessione: Ex quâ strictò jure etiam nullo debito præcedente, ante biennium, oritur obligatio: aliàs obligatio  
bienni



bienni, non literalis dicenda esset. Temporis verò ratio probandi facilitatem tantùm vel difficultatem promovet.

VIII.

Inter contractus consensuales eminentissima species est Emptio Venditio: in quâ consensus contrahentium circa rem & pretium transfert J. N. & G. dominium in acceptantem. Jure verò Civili tantum effectus quosdam Dominii, non verò ipsum Dominium: Ipsa tamen juris Civilis decisio, quæ habetur in *l. 20. C. de Pactis* & cum jure N. conciliari potest, & tuendæ Societatis humanæ custodiæ aptissima est.

IX.

Locatio longi imò longissimi atque etiam immemorialis temporis confundi non debet cum emphyteusi; Non tamen malè argumentantur quidam *ex l. 1. § 2. ff. Si ager vectig:* Statuentes, quod locatio talis non habenda sit pro nudâ locatione, sed pro jure reali Dominii utilis in conductorem translata.

X.

Neque Mandatum, neque Societas, licet nomine hæredum expresso celebretur, transit in hæredes, non obstat *l. un. C. ut actio. ab hæred. § contra Hæred. incipient.* Quæ quidem juris Civilis decisio optimis nititur argumentis; sed privatos tantùm stringit, non verò Principes, quorum successores & ex contractu societatis & mandati obligantur. Quæ obligatio etiam successorem in Regno electio afficit.





01 A 6541

ULB Halle 3  
003 090 396



TA → OL


1018  
VJ 17











No. XI. 43  
**MISCELLANÆ  
THESES**

Quas  
Occasione Discursuum publicorum  
collectas,

SUB PRÆSIDIO  
**JOANN à SCHULTZ  
SZULECKI, JCT.**

privato -publicæ disquisitioni submittrunt

*Respondens*

**FRIDERIC. de BRAND.**

*& Opponentes*

**DD. DE ADELSHEIM & DE BRAND,**

d. 8. Martii MDCCLII.

---

*Francofurti ad Viadrum,*

**Typis TOBIÆ SCHWARTZII**